



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, IX. Lágymányosi-utca 20. decies in anno. Pretium praesolvendi annum est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris nationibus 4 pengő.

Megjelenik Budapesten, XI. Lágymányosi-utca 20., tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 3 pengő; külföldön 4 pengő.



Lectoribus salutem!

Tertius iam mensis praeterlabitur,¹ ex quo porticus auditoriaque² scholarum vacuefacta³ obmutuerunt,⁴ ut silvae et campi hilaritate⁵ iuventutis resonarent. Nunc denuo implentur multitudine gentis parvae parietes tam diu taciturni, renovantur amicitiae veteres, narratur, quomodo quis otio aestatis usus sit,⁶ etc. Cum iam labor strenue inceptus aliquantum⁷ processit, incipit etiam ephemeris⁸ vestra, *Iuventus*, annum XIX. novo moderatore⁹ vos salutante, nam doctissimus atque honestissimus vir, *Eugenius Fray*, quinquennio de moderanda ephemeride vel optime meritus¹⁰ nunc aliis negotiis coactus se munere abdicavit. Quae cum ita sint, non praetermittere possum, quin praedecessori¹¹ meo nomine lectorum summas pro laboribus meritisque gratias agam simul rogem, ut manuscriptis quam frequentissime lectoribus *Iuventutis* gratum faciat.¹²

Successor¹³ virorum tam doctissimorum, quales erant St. *Székely*, I. *Huszt*, E. *Kemenes*, I. *Irsik* et novissime E. *Fray*, quid aliud promittere possit, nisi conaturum se vestigia virorum supra dictorum sequi? Ephemeris nostra, sicut aliae huius generis exterarum gentium Latine editae (*Alma Roma* in Italia, *Mnemosyne* in Batavia, *Societas Latina* in Germania, etc.) studium linguae Latinae adiuvere cupit. Cum autem acta congressuum internationalium, sic medicorum, iuris peritorum, nuperrime etiam rerum rusticarum¹⁴ saepe Latine in publicum ederentur,¹⁵ neque termini technici¹⁶ inventionum recentiorum, neque nomina notionum¹⁷ novarum negligendae erant, ut demonstraretur linguam Latinam ad colloquendum non solum de rebus antiquis, sed etiam fere¹⁸ de omnibus recentissimis multo aptiorem esse linguam artificiosam¹⁹ constructis. Quo magis haec consilia²⁰ adiuventur, non solum commendat se ephemeris nostra benevolis gratiis²¹ omnium *Iuventutis* amicorum protectorumque, verum etiam lectores invitat omnes, ut Latine conscriptos nuntios, aenigmata,²² carmina et salse dicta²³ ei mittant, quae moderatore approbante in lucem prodire possint.

Ad extremum sit mihi fas citare verba adhortantia praedecessoris mei illustrissimi E. *Kemenes*: «Omnes in eo sitis, ut quam plurimos lectores ephemeridi nostrae colligatis, nam viribus collatis²⁴ omnia fieri possunt!»

¹ elmúlóban van ² folyosók és tantermek ³ kiürülve
⁴ elnémultak ⁵ vidámság ⁶ élvez ⁷ meglehetősen ⁸ folyóirat ⁹ szerkesztő ¹⁰ érdemeket szerzett ¹¹ előd ¹² kedveskedik ¹³ utód ¹⁴ mezőgazdasági ¹⁵ közléstesz ¹⁶ szak-

kifejezések ¹⁷ fogalom ¹⁸ úgyszólván ¹⁹ mesterségesen
²⁰ eszmék ²¹ jóindulat ²² rejtvény ²³ velős mondások
²⁴ egyesült.

Aladarus Friml septuagenarius

A. d. III. Idus Iul. Aladarus Friml rector superior regius et doctissimus professor philologiae Latinae septuagesimum aetatis annum explevit. Quā occasione fieri nullo modo potest, quin facta eius negotiaque enumerentur, quae per se quidem loquuntur et nos sine dubio ad honorem et cultum, qui virtuti sinceræ debentur, adducunt.

Non multum abest, quin annum iam quinquagesimum negotiosus sit, quod se per spatium quinquaginta annorum patriæ et cultui humano, prodesse significat. Curriculum ab anno 1886. professorium de magno progressu¹ in studiis, evolutioneque² assiduā testificatum erat. Post impetratam³ docendi facultatem⁴ Aladarus Friml primum in gymnasiis Scholarum Piarum: Debrecini et anno post in oppido Sátoraljaújhely, posterior in Trencsén magisterium obtinuit;⁵ quo tempore non solum in negotiis scholasticis obeundis⁶ excelluit, sed iam tum ad munus scribendi⁷ adgressus est; et paucis etiam ventibus annis maximam praepositorum⁸ laudem pro sua sapientissima dulcique functione professoriā adeptus erat. Collegium magistrorum⁹ semper fraternā caritate eum circumdedit, discipuli vero item exactis annis multis gratiam ei habent studioque et amore eius ardent. Aliquanto post in oppidis Zsolna, Besztercebánya et novissime Budapestini docuit. Anno 1918. referens¹¹ in ministerium institutionis publicae ac cultus¹² adductus est.

Saepenumero versabatur in Italia, in Germania ad rationem¹³ scholarum mediarum studendam.

Societati philologicae, item ac magistrorum intermedicholarium,¹⁴ deinde senatus litterario Catholico¹⁵ sodalis¹⁶ ordinarius, societati magistrorum intermedicholarium Catholicorum¹⁷ socius ad honores¹⁸ ascriptus est;¹⁹ societatis paedagogicae vicepraeses,²⁰ Parthenonis vero magistralis²¹ electus; aliquamdiu sodalis erat senatus institutionis

publicae²² et ephemeridem²³ moderandam,²⁴ cui inscribitur «Medischola Hungarica» curavit.²⁴ Insuper non paucis societatibus, quae ad litteras pertinent, praest.

Difficile est enumerare omnia recte facta, quae et in scholis mediis, et in administrandis rebus scholasticis²⁵ et in educatione magistrorum²⁶ effecit, sed unum ex doctissimis paedagogis, classicae philologiae vero perfecte planeque eruditum²⁷ professorem humanitateque politum²⁸ fautorem²⁹ esse constat. Pro his et aliis meritis a Gubernatore titulo rectoris superioris regii et Civico Signo Laudis³⁰ ornatus est.

Et quamvis capilli capitis ab annis iam canuerint, adhuc pristinam vim³¹ in oculis vigoremque in vultu, lineamenta oris³² habitumque possumus intueri. Neque anni, neque iacturae virtutem, animi hilaritatem³³ potuerunt praecipue diminuere aut obscurare.


Quos igitur septuaginta annos omnibus faustos fuisse illis, qui unquam in familiaritatem³⁴ vigoris roborisque animi³⁵ adducti³⁶ et amabili ductu usi sunt, certum est. Quā re «Iuventus» nostra ex imo pectore renovat verba Psalmistae grato animo orans: Mittat tibi Dominus auxilium de Sancto et de Sion tueatur te, tribuat tibi secundum cor tuum et omne consilium tuum confirmet; impleat omnes petitiones tuas! (Ps. 19.)

Joannes Jeney dr.

¹ előmenetel ² fejlődés ³ elnyer ⁴ tanári képzés ⁵ tanároskodott ⁶ teljesít ⁷ irodalmi működés ⁸ megkezd ⁹ elüljáró ¹⁰ tanári kar ¹¹ előadó ¹² közoktatásügyi minisztérium ¹³ tanulmányi rendszer ¹⁴ középiskolai tanár-egyesület ¹⁵ kat. tanügyi tanács ¹⁶ tagtárs ¹⁷ kat. középisk. tanár-egyesület ¹⁸ tiszteleti tag ¹⁹ választ ²⁰ alelnök ²¹ igazgatósági tag ²² közoktatásügyi tanács ²³ folyóirat ²⁴ szerkeszt ²⁵ tanügyi közigazgatás ²⁶ tanárnevelés ²⁷ alapos képzettségű ²⁸ finom műveltségű ²⁹ barátja és kedvelője ³⁰ polgári érdemrend ³¹ tűz ³² arcvonás ³³ lelki derűjét ³⁴ hatáskör (bűvkör) ³⁵ szellemi erő és jellem-szilárdság ³⁶ jut.

Dei definitio. Empedocles (vir doctus ex Agrigento Siciliae oppido) interrogatus, quid esset Deus? respondit: esse circulum, cuius centrum esse ubique, circumferentia¹ nusquam. Ast ego, si interrogares, quid esset Deus? responderem «Deus est id, quod nemo scit, nisi Deus ipse scit.»

¹ kerület.



Avicula et Rosula.¹

Aliquando venator quidam in silvam exiit venatum. Ut in silva vagabatur, constitit et aures arrigere² coepit, propterea quod fletum infantis audiebat. Incipit illuc ire, unde fletum audivit. Revera³ reperit infantem: in alta arbore inter duos ramos sedebat.

Venator ita secum meditatatur:⁴

— Quomodo huc infans venire potuit? Aquila certe eam arreptam huc portavit. Sed non mihi licet eam hic relinquere.

Et in arborem enisus⁵ puellulam demit et domum portat, ut cum sua filiola, Rosula educet.⁶ Puellulae vehementer inter se adamarunt,⁷ quasi germanae⁸ sorores essent. Inventae puellulae nomen Aviculae inditum est, propterea quod ab ave in arborem portata erat.

At coqua⁹ pessima venatoris, anus vetula¹⁰ odit Aviculam. Aliquando cum venator domo abesset, vetula anus aquam ex puteo¹¹ haustam in magnum aënum¹² infudit. Rosula hoc conspicata interrogat:

— Cur, anus, tam multum aquae portas?

— Dicam, si nemini dixeris — respondet coqua.

— Minime¹³ dicam — pollicetur Rosula.

— Idcirco porto aquam, ut cras, cum pater tuus venatum iverit, fervefaciam¹⁴ et Aviculam coquam.¹⁵

Rosula magno dolore affecta per totam noctem dormire non poterat. Mane cum pater venatum isset, Aviculam sommo exercitat.

— Audisne, Avicula? — inquit — ne deseram me, ne ego quidem te deseram.

— Nunquam te deseram — respondet Avicula.

— Coqua aquam in magno aëno fervefacit, ut te coquat. Surge cito, eamus peregre.¹⁶

Celeriter e lecto exsiliunt et veste raptim indutā aufugiunt.

Anus vetula in cubiculum ingreditur, ut Aviculum secum trahat. Sed neque Aviculum neque Rosulam ibi reperit. Anus timore territa exciet¹⁷ famulos e stabulo¹⁸ et dimittit, ut puellas domum reportent.

Interea puellulae ad silvam perveniunt ibique residunt. Tum procul vident famulos venire seque requirere. Rosula dicit Aviculae.

— Ne me, Avicula, deseram, ne ego quidem te deseram.

— Nunquam te deseram — respondet Avicula.

— Bene est. Esto nunc caulis rosae,¹⁹ ego rosa in te ero.

Eo momento²⁰ temporis caulis ex Avicula



Dies St. Stephani (pag. 4-5).

et in eo rosa ex Rosula facta est. Famuli cum pervenissent, nihil vident, nisi caulem et rosam. Domum redeunt et dicunt se nusquam vidisse puellulas, nisi caulem et rosam.

Attate,²¹ vos stultos! — latrat anus. — Cur non dissecuistis²² caulem et domum rosam rettulistis? Nam caulis Avicula et rosa in eo Rosula fuit. Ite, cito, dissecate mihi caulem et afferte rosam.

Famuli recurrunt, sed puellulae iam procul eos conspiciunt. Rosula dicit Aviculae.

— Esto templum, ego ara fiam.

Et templum ex Avicula, ara ex Rosula facta est. Cum famuli eo pervenissent, nihil reperiunt, nisi templum et eram. Silvam per-

¹ Madárka és Rózsika ² hegyez ³ csakugyan ⁴ tűnődik ⁵ felmászik ⁶ nevel ⁷ megszeret ⁸ édes ⁹ szakácsné ¹⁰ vén banya ¹¹ kút ¹² üst ¹³ dehogy ¹⁴ felforralt ¹⁵ megfőz ¹⁶ világgá ¹⁷ előkiabál ¹⁸ istálló ¹⁹ rózsatő ²⁰ pillanat ²¹ ejnye ²² kettévág.



Victorius Mussolini.

scrutati²³ non reperiunt puellulas et re infectā²⁴ domum redeunt.

— Quid? — clamat anus. — Ne nunc quidem eas repperistis? Quid vidistis?

— Nihil aliud, nisi templum et aram.

— O vos stultos! Templum enim Avicula, ara Rosula fuit. Recurrite, destruite templum, reportate aram.

Famuli recurrunt, sed puellulae iam procul eos conspiciunt. Rosula dicit Aviculae:

— Esto lacus, ego anas²⁵ fiam.

Sed tum iam anus quoque post famulos currit et ut lacum anatemque conspexit, ex templo scivit, quomodo res se haberet.²⁶ Incurrit in lacum, ut anatem caperet; sed anas repente rostro²⁷ arreptam anum sub lacum detrahit. Anus submersa nunquam amplius emersit. Tum ex lacu rursus Avicula, ex anate Rosula facta est. Laetae domum eunt et exinde beatae vivunt.

Val. Fehér.

²³ tüvé tesz ²⁴ üres kézzel ²⁵ kacsa ²⁶ hányadán van ²⁷ csőr.



Duodetriginta annis ante totus terrarum orbis novitate rei attonitus admirabatur Wrightium machinā¹ motoriā¹ Anzaninā perfectiore redditā in altitudinem 25 metrorum sublimum² esse, atqui paulo post Blériot fretum³

La Manche, quod vocatur, transvolavit, Lindbergium vero Oceanum Atlanticum pervolantem longus aëronautarum⁴ subsequebatur ordo. Atque hodie terrae circumvolandae facultas notio haud dubia videtur. Neque vero Horatianum illud: «Caelum ipsum petimus stultitiā» a fascistis usurpatur,⁵ cum aëronautarum Italiae minimus, Victorius Mussolini, filius Ducis maximus probationem⁶ aëronautarum⁶ feliciter sustinuerit.

Mense Augusto volatus stratosphaericus modo factus est. Etenim Cosyns, professor Belgicus, cum comite uno in patria follem aëro-

staticum⁷ conscendens cum in altitudinem 16.000 metrorum elatus⁸ esset, vento abreptus tandem in terram descendit in confinio⁹ Lugoslaviae, Hungariae et Austriae plurimas et pretiosissimas observationes meteorologicas secum asportans.

Rudolphus Brunner Austriacus in modum Mongolfieri sublime¹⁰ elatus¹⁰ est aërostatico folle intus 1500 metrorum¹¹ cubicorum¹¹ patenti quod aëre per oleum et carbones ligneos calefacto¹² horae parte¹³ tertia¹³ completur. Iam vero ne igni quidem opus est ad volatum¹⁴ velificum,¹⁴ in quo primatum¹⁵ in orbe¹⁵ toto¹⁵ Wolf Hirt Germanus obtinuit¹⁵ per quinque horas continuas¹⁶ volans.

Car. Ács.

¹ motor ² felszáll ³ csatorna ⁴ pilóta ⁵ vallani ⁶ pilótavizsga ⁷ léggömb ⁸ felemelkedett ⁹ összeszögellés ¹⁰ felszáll ¹¹ köbméter ¹² felhevít ¹³ húsz perc alatt ¹⁴ vitorlás repülés ¹⁵ világrekordot állított fel ¹⁶ egyfolytában.



Dies St. Stephani est sollemnium¹ patriae nostrae maximus, cuius celebratione² et spectaculis³ cum Hungari ex provinciis nostris et ex partibus patriae ereptis, tum multa milia peregrinatorum⁴ exterorum in caput Hunga-

¹ ünnepszég ² ünneplés ³ látványosság ⁴ kiránduló.

EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Ex Francisci Forgách de Ghymes

De statu republicae Hungaricae commentariis.

Lib. II. p. 46d 47 (Mon. Hung. Hist. Script. XVI.)


Georgius Zondy (Szondy) in obsidione arcis Dregegensis mortem oppetit.

Franciscus Forgách de Ghymes natus est Budae a. 1535. A Nicolao Oláh, archiepiscopo¹ Strigoniensi¹ Patavium missus philosophiae studiis et humanioribus quae vocant² litteris operam dedit. Inde reversus episcopatum Varadinensem a rege Ferdinando obtinuit,³ quem cum Varadino ab Isabella regina recuperato⁴ amisisset, episcopatum Iaurinensem⁵ a rege Maximiliano frustra petebat. Quam repulsam⁶ indigne⁷ ferens⁷ ad Ioannem II. Transylvaniae principem descendit,⁸ in cuius regiā munere cancellarii fungebatur. Mortuo Ioanne idem munus apud Stephanum Báthori adhuc principem Transylvaniae obibat.⁹ Curandae valetudinis causā in Italiam se contulit, ubi pestilentia a. 1577. extinctus est. Forgách commentarios suos a morte regis Ioannis Szapolya usque ad reginae filiiue eius excessum¹⁰ perscripsit. Atque Fr. Forgách est severissimus gravissimusque et rerum et virorum censor utiturque oratione pressa¹¹ ac concisa¹² tantum non¹³ Taciteae simili.

¹ esztergomi érsek ² úgynevezett ³ elnyerte ⁴ visszacserez ⁵ győri ⁶ kudarc ⁷ megnehezített és ⁸ elpártolt ⁹ viselt ¹⁰ halál ¹¹ tömör ¹² rövidre fogott ¹³ csaknem, majdnem.

Exin¹ Sicambriam,² locum veteris oppidi, Budam prope reversus et paucos dies colli-

¹ t. i. Veszprém várának megvétele után ² Aquincum helyén épült város.



Monumentum heroum Tannenbergae.

riae, situ amoenissimo nulli totius Europae secundum⁵ alliciuntur, accrescitque commeatus peregrinorum quotannis. Hoc anno autem inter innumerabiles hospites accitu⁶ Iulii Gömbös rerum publicarum summo administratore advenit rex Siam cum coniuge magno comitatu stipatus.⁷ Imagine nostrā pompa⁸ sollemnis⁸ duce gubernatore summae dignitatis, Nicolao Horthy e regiā⁹ egrediens repraesentatur.¹⁰

Hac aestate duo duorum regnorum nostrae patriae amicitia¹¹ coniunctissimorum viri fato¹¹ cesserunt.¹¹ Die 25. mensis Iulii Engelbertus Dollfuss, Austriae cancellarius victima¹² cecidit¹² per nefarium facinus hominum¹³ seditiosorum.¹³ Huius viri, qui pro libertate Austriae mortem occubuit, vicem¹⁴ funestam¹⁴ nos Hungari, quod erat patriae nostrae amicissimus, identidemque¹⁵ ad nos ventitabat orationesque habuit pro nostris rebus¹⁶ communibus, dolere et lugere non desinimus.

Atque etiam Germaniae luctu vehementer¹⁷ affecti¹⁷ sumus,¹⁷ cuius praeses¹⁸ Paulus Hindenburg anno aetatis sexagesimo sexto expleto vitā excessit. Erat ille imperator et dux cum exercituum regnorum¹⁹ Europae¹⁹ mediorum,¹⁹ tum nostrorum militum in amore et officio²⁰ in patriam²⁰ praestando²⁰ nulli secundus.⁵

Imperator et rei publicae²¹ rector²¹ summus conditus est in turri heroum Tannenbergae, ubi viginti annis ante bellicas laudes et laureas consecutus²² erat.

Quā pietate in Civitatibus Unitis Americae Septentrionalis memoria virorum excellentium colatur, testatur patris patriae Georgii Washington ingentis mensurae monumentum, quod paene absolutum in monte Rushmor in Dakota meridionali erigitur. Caput monumenti a mento²³ ad frontem in altitudinem 67 pedes patebit.

Car. Ács.

⁵ alábbvaló, kisebb ⁶ meghívására ⁷ körülvéve, környezetében ⁸ ünnepi körmenet ⁹ királyi palota ¹⁰ ábrázol ¹¹ a végzet elrabolta ¹² áldozatul esett ¹³ forradalmárok ¹⁴ gyászos sorsát ¹⁵ többiében ¹⁶ érdekeiben ¹⁷ mélyen érintett ¹⁸ elnök ¹⁹ központi államok ²⁰ hazafias kötelességteljesítésében ²¹ államférfi ²² aratta ²³ állától.

gendo exercitu belloque³ meditando³ moratus³ (scil. Aly bassa), cum duodecim milibus ad arcem Dregel archiepiscopus Strigoniensis oppugnandam est reversus. Praesidium⁴ agebat⁴ Georgius Zondy ad omnem militiae casum⁵ promptissimus,⁶ neque minus milites virtute obsequioque praestantes paraverat. In ipso ergo murorum⁷ deiectu⁷ et lapsu⁸ turris in modum antiquum praealtae Iohannes Zolthay nobilis eques est obrutus⁹ et postea in prima et acerrima oppugnatione, quae paulo post est subsecuta, Georgius hostes magnā strage¹⁰ reiecit. Etiam fraudem Aly bassa tentavit submisso sacerdote propinqua villae, qui ad deditionem promissis¹¹ adduceret,¹² vanitatem¹³ turcicam¹³ viro militari¹⁴ irridente. Cum tamen perfractam et veterem arcem longā regum Hungarorum securitate¹⁵ et mox civili et intestinā seditione adversus tormentorum¹⁶ vim haud munitam retinere diffideret,¹⁷ ultimae voluntatis testamentum hoc modo peragit: duos pueros¹⁸ symphonicos¹⁸ sibi carissimos accersit¹⁹ duoque ex mancipiis, quos ex panno²¹ scarlato²¹ vestibus induit²² et pecunia donavit, ad Aly bassamque emisit, per quos corpus suum tumulandum²³ pro utriusque ducis ob egregium²⁴ facinus²⁴ sempiternā²⁴ memoriā commendavit: ²⁵ se enim aut pro victoria aut saltem honesta morte usque ad supremum spiritum decertaturum. Statim ergo productis²⁶ in publicum²⁶ omnibus rebus facem²⁷ sua manu subdidit²⁷ ambussitque;²⁸ profectus item in stabulum militares²⁹ equos²⁹ ac nobilissimos ad unum omnes pugione³⁰ confecit,³¹ inter quos unum nobiliorem, quo in bellis plurimum usus est, tenerrime deploravit³² et culpam³³ est deprecatus³³ necessitate expressam; postremo pro militari concione omnibus ad certamen accensis³⁴ expiatis³⁵ prius peccatis,³⁵ animam Deo constanti³⁶ alacrique³⁶ animo³⁶ unā devoverunt.³⁷ Nec multo post oppugnatione coepit duravitque multas horas tantā defensorum virtute ac pertinacia, ut nisi³⁸ caesis³⁸ paene omnibus adversis³⁹ vulneribus³⁹ hostes arcem non perrumperent. Ipse vero Georgius iam multis vulneribus acceptis circumventus mirabilem pugnam⁴⁰ ciebat⁴⁰ multis barbarorum caesis popinquare ausis⁴¹ usque⁴² dum⁴² fessus labore et exsanguis⁴³ ad poplites⁴⁴ conideret,⁴⁴ nec tamen proelium remittere,⁴⁵ sed

eādem ferociā ictus⁴⁶ letales⁴⁶ inferre,⁴⁵ donec glande⁴⁷ sclopeti⁴⁷ est traiectus et postea obruncatus;⁴⁸ cuius corpus conquisitum atque caput Aly bassa in conspectum⁴⁹ adduci iussum collaudatā virtute hostis militari eoque honesto⁵⁰ funere⁵⁰ humandum curavit addiditque tumulo lanceam⁵¹ equestrem signum virtutis cum vexillo.⁵¹

³ háborús tervekkel töltötte idejét ⁴ a vár védelmét vezette ⁵ fordulat ⁶ gyors elszántságú ⁷ a ledölt fal ⁸ leomlás ⁹ eltemette ¹⁰ veszteséggel ¹¹ ígérétekkel ¹² rábírja ¹³ a törökök hiú mesterkedését ¹⁴ vitéz ¹⁵ nemtörődömsége miatt ¹⁶ ágyúk ¹⁷ nem bízott ¹⁸ lantos apród ¹⁹ odahívátja ²⁰ szolga ²¹ skárlátposztó ²² öltöztet ²³ eltemetését ²⁴ vitézi tettének örök emlékére hivatkozva ²⁵ lelkére kötötte ²⁶ kihozatta a térre ²⁷ felgyújtotta ²⁸ elégette ²⁹ hadi mén ³⁰ tör ³¹ leszúrta ³² megsíratta ³³ bocsánatot kért bűneért ³⁴ fellelkesítette ³⁵ bűneik bocsánatáért imádkoztak ³⁶ elszántan és lelkesen ³⁷ ajánlották ³⁸ ha nem estek volna el ³⁹ elől (a mellükön) kapott sebekkel ⁴⁰ tusát vívott ⁴¹ akik merészelték ⁴² mígnem ⁴³ vérvesztéséért ⁴⁴ térdre rogyott ⁴⁵ inf. hist. ⁴⁶ halálos csapásokat ⁴⁷ puskagolyó ⁴⁸ felkoncolták ⁴⁹ színe elé ⁵⁰ díszes temetés ⁵¹ zászlós kopja.

Carmen somniferi modi.¹

Cantus mediae quae vocatur aetatis editus a Capellano — Lamer: (Sprechen Sie Lateinisch?)

*Dormi fili, dormi, mater
cantat unigenito,²
dormi, puer, dormi pater
nato clamat parvulo.³*

*Lectum stravi tibi soli;
dormi, nate, bellule,⁴
stravi lectum foeno⁵ molli;
dormi, mi animule.⁶*

*Dormi, decus ac corona,
dormi, nectar lacteum,
dormi; mater dabo dona,
dabo favum melleum.⁷*

*Dormi, nate mi mellite,⁸
dormi, plene saccharo,⁹
dormi, vita meae vitae,
casto nate utero.¹⁰*

*Quidquid optes, volo dare;
dormi, parve pupule;¹¹
dormi fili, dormi, carae
matris deliciolae.¹²*

¹ altatódal ² egyszülött ³ picike ⁴ szépséges kis
⁵ széna ⁶ szivecském ⁷ lépesméz ⁸ édes ⁹ cukrocskám ¹⁰ tiszta magzatom ¹¹ pulya, fiúcska ¹² gyönyörűség.



Iocosa.

Servus asinum ad pontem ducit. Quamquam nil oneris asinus portabat, tamen portorium¹ a servo postulat. Portitores² obstantes contendunt³ pro asino non onusto perinde⁴ solvendum esse, ac si onus portet.

— Num ego solvo, si onus porto? — interrogat servus.

— Tu non solvis.

Tum servus validus asinum umeris imponit et pontem nullo soluto portorio transit.

*

Homo quidam in caupona⁵ piscem edens et multum vini potans clamitavit:

— Cedo vinum, caupo! piscis natate vult.

His auditis alter helluo,⁶ qui ad extremam mensam⁷ carnem bubulam⁸ edebat, cauponem inclamat:

— Age, cedo sextarium⁹ vini! bos bibere vult.

*

Vir quidam cum milite colloquitur:

— Interfuistine, miles, bello?

— Multis — respondet miles.

— Vidistine hostes?

— Multos.

— Interfuistine proelio?

— Multis.

— Accepistine vulnera?

— Multa.

— Sed nonne tu quoque satis telorum iecisti?

— Nullum.

— An hostes gladio cecidisti?

— Nullum.

— Quomodo te continere¹⁰ potuisti?

— Facile.

— Sed quomodo?

— Nam ego sum tympanista.¹¹

*

Repente legio castra movere iussa est. Cum maxime iter maturarent, unum militem extra oppidum in statione per oblivionem¹² reliquerunt.

Miles diu exspectavit. Tandem cum altero die ad stationem principalem¹³ se contulisset, neminem invenit. Miles missis ambagibus¹⁴ visit puellam et pro eo ut legionem sequeretur, matrimonium iniit.

Multis annis post mulier timore perterrita currit in campum et viro suo dicit eandem legionem illo ipso die adventuram esse.

Vir non perturbatus veste militari, quam



Imago Georgii Washington (pag. 5).

seposuerat, indutus arma sumit et in eo loco, ubi olim relictus erat, constitit.

Praefecti mirantes famam audierunt quendam tam diu esse in statione. Postea tribunus re cognitā mulierem plorantem¹⁵ et liberos miseratus versutum¹⁶ militem dimisit.

*

Dilectus¹⁷ habebatur. Quidam adolescens se male oculatum¹⁸ simulans litteras pugillares¹⁹ adeo prope ad oculos tenuit, quasi vero eas aliter legere non posset.

¹ vámpénz ² vámszedő ³ vitat ⁴ épúgy ⁵ csárda ⁶ korbely ⁷ az asztal végén ⁸ marhahús ⁹ pint ¹⁰ megáll ¹¹ dobos ¹² feledékenységből ¹³ főörhely ¹⁴ teketória nélkül ¹⁵ sír ¹⁶ furfangos ¹⁷ sorozás ¹⁸ rövidlátó ¹⁹ öklömmi.

At centurio suspiciosus²⁰ dicit adolescenti:
— Veni cras, ut scriptam militiae absolu-
tionem²¹ auferas.

Postero die centurio adolescentem in vesti-
bulo²² excipit, sed ostium conclavis adiuncti²³
reliquerat apertum, per quod subtile²⁴ filum
aëneum²⁵ intentum²⁶ erat.

— I in conclave — ait centurio — in
mensa sunt literae missionis.²⁷

Adolescens laetus ostium petit, sed cum
filum vidisset, se demittit²⁸ et ita sub filo
perlabitur.

— Recte ergo vides? — ait centurio et
adolescentem veste militari induit. *Val. Fehér.*

²⁰ gyanakvó ²¹ felmentés ²² előszoba ²³ mellékszoba
²⁴ finom ²⁵ drót ²⁶ kifeszített ²⁷ elbocsátás ²⁸ lehajol.



Solutiones aenigmatum numeri 9—10. anni XVIII.

I.

Series directae: 1. Sol, 4. Dipylon, 10. aes, 13.
Arabius, 14. Arachne, 15. Lar, 16. ora, 17. ubi,
18. ast, 19. talaria, 20. corda, 22. Savus, 25. Erato,
26. Corsi, 29. mi, 30. tria, 31. Nysa, 33. item, 34. vidit,
35. omne, 36. rite, 37. rana, 38. at, 40. amara,
46. Padus, 47. Ortygia, 50. edo, 52. ceu, 53. ite,
54. ara, 56. meritat, 57. detegis, 58. emo, 59.
emanare, 60. est.


Series libratae: 1. sal, 2. orator, 3. Lar, 4. diota,
5. iura, 6. psallo, 7. laurus, 8. orbi, 9. Naias, 10. aha!
12. set, 20. cenitat, 21. dormire, 23. Ausonia, 24. Si-
lenus, 26. cavea, 27. rudia, 28. intra, 30. ter, 32.
ama! 39. tandem, 41. Matuta, 42. rigida, 43. tur-
ris, 45. nocte, 46. paete, 48. ream, 49. iter, 50. eme,
51. oro, 54. age! 55. ast.

II.

Numitor, Vesuvius, Cleobis, unda, ramus, tribu-
nal. *Sententia Ovidii:* «Nos in vitium credula turba
sumus», (Ov. Fast. 4, 312.) (E. F.)

Aenigmata recte dissolverunt: Georgius Molnár,
Marianna Renner. — *Praemium Georgio Molnár
sorte obvenit.*

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator: F. Kohl Iun.




HO AT E m S

II.

Dissolvendum ad saltum equulei.

Di	byl	lum	tes	il
cum	te	la	la	ec
sol	es	Si	es	la
Da	fa	rae	sa	cum
i	vet	vid	vil	di



Ad certamen, cum praemio propositum lectores
invitantur. Praemium adjudicabitur illi lectori, qui
in arena Iuventutis optime descriperit, quo modo
tempus feriarum egerit. Qui certaminis particeps
esse vult, mittat descriptionem sine nomine, ne
nomina nota nobis incommodent. Ob eam causam
rogamus socios, ut opuscula numeris vel dictis qui-
busdam brevibus designare velint. Mittendis pensis
spatium bimestre, id est Cal. Dec. constituimus.
Exitus certaminis sub finem mensis Decembris vul-
gabitur.

Moderator ephemeridis DR. IOSEPHUS WAGNER

Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20.,

ad quem epistolae et manuscripta mittantur.

Administrator ALEXANDER REGÉNYI,

Budapest, VII., Barcsay-utca 5., cuius titulo quae-
cunque pecuniae inscriptae mittantur. (Posta-
tak. csekksz. 57.292.)

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator ephemeridis IOSEPHUS WAGNER DR. Buda-
pest, XI., Lágymányosi-utca 20., ad quem epistolae et
manuscripta mittantur.

Administrator ephemeridis ALEXANDER REGÉNYI, Buda-
pest, VII., Barcsay-utca 5., ad quem pecuniae quae-
cunque dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1934—35. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris
nationibus 4 pengő.

Odeum¹ regium Hungaricum 1884—1934.

Jam pridem in Hungaria drama melicum
nondum theatro ad id ipsum aedificato cole-
batur, cum demum munificentia regis *Fran-
cisci Iosephi I.* caput regni, Budapestinum
odeo splendido locupletatum est.² Construc-
tio aedificii in stilo Italicò renascenti anno
1875. incepta decimoque tandem ad finem
perducta cum famam architecti³ clarissimi,
Nicolai Ybl extendit, tum etiam Buda-
pestino decori praecipuo est. Spatium odei inaedificatum⁴
5076, scaena 263 metrorum
quadratorum est, longitudo⁵
autem scaenae 44 metra retror-
sum⁶ patet. Parietes picturis
pulcherrimis ornantur. In opere
tectorio⁷ laquearis⁸ caveae,⁹ uti
imago nostra docet, Olympus
abs *Carolo Lotz* depictus ma-
gnae est omnibus admirationi.
In odeo usque ad hunc diem
plus quam 10 milia ludorum
facta esse constat. Dies anni-
versarius quinquagesimus ab
Societate Amicorum Odei audi-

toribus gubernatore, archiducibus aliisque pri-
moribus⁸ civitatis praesentibus ludo scenico
sollemni celebratus est, cuius programma
partes electas dramatum melicorum ab opti-
mis auctoribus (Erkel, Liszt, Hubay, Doh-
nányi, Bartók, Kodály, etc.) compositorum
continuit.

¹ opera ² gazdagodott ³ építész ⁴ beépített ⁵ mély-
sége ⁶ freskó ⁷ a nézőtér mennyezete ⁸ előkelőségek.

